ba noſtra, & meditatio cordis noſtri coram Iehoua, petra noſtra & redẽptore noſtro: atq; adeò κατὰ νοῦν ἐκείνῳ μὲν μάλιστα, ἑπομένως δὲ ἡμῖν dicamus: quod Platonis Timæus, quãtumuis ethnicus, pietatis naturalis verè Chriſtiano inſtinctu precabat᷑. Tũ quò noſtræ ignorãtię medeamur, rem ita cominus luſtrabimus, vt nihil eorum, quæ ad legitimũ veræ methodi decurſum, intelligẽdis rebus accommodatum, prætermittamus: vt ſi ex iactis fundamentis conſtiterit, περὶ τοῦ εἶναι τῆς χημίας, facili momento quiuis inde eliciat, ſint ne ex vſu Medicæ rei, & ægrotorum valetudinis ea ipſa futura. Nomẽ certè, cuius ambiguitas nõ ſpernendam ſæpe confuſionis & obſcuritatis nubẽ cogit, ex ſua origine ductum, determinandum eſt.

Chymici primitùs ij fuêre, qui, poſteaquam ex iugi metallorum operoſa contemplatione, ſpem altam transfigurationis illorum mutuæ concepiſſent animo: eò laborum ſuorum omnia momenta direxêre, vt cùm ſit Aurum inter reliqua, non minus perfectione, quàm præſtantia antiquius, ex idoneo ſubie- *Qui primi Chymici.*